



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 19. Regina violati pacti caussas allegans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

ta connubio , imo & paulo post in An-Sæcul. XVI.
glia permaneant. X. Elisabetha omne A.C. 1560.
fuorum militum stipendium solvat, præ-
da vicissim omnis eidem cedat.

§. XIX.

Regina violati pædi cauſſas allegans.

Paucis post diebus Elisabetha Angliæ *Thu. l. 24.*

Regina, ut suscepτæ Scotorum de-
fensionis cauſſas redderet, & violati,
quod nuper cum Gallis inierat, fœderis
invidiam amoliretur, scriptum Londini
die vigesima quarta Martii promulgari,
& per Gallias disseminari curabat : in eo
itaque libello hæc exposuit: Quamvis
gravissimis injuriis ob titulos, & insi-
gnia, quæ Maria Scota usurpavit, essem
affecta, nunquam tamen in animum in-
ducere potui, ut hæc Regis Galliæ, &
Uxorij ejus, qui ambo juvenes sunt, &
per ætatem harum rerum, ut appareat,
ignari, neque Regii Sanguinis princi-
pum, aut Regni ordinum consensu , ac
Concilio fieri crederem, sed potius Gui-
sianorum hominum ambitiosorum arti-
bus, ac machinis , qui Regnorum tur-
bas in suum compendium ducunt, no-
vandi studio factum arbitrata sim,
cum illi bella ex bellis ferunt, eoquod
se tranquillis rebus diutius illegitima
potentia, qua ad amplificandam fami-

Hist. Eccles. Tom XLIII. Oo liam

Sæcul. XVI liam abutuntur, frui posse desperent,
A.C. 1560. nam quorsum tituli, & insignia Angliae,
 nisi in meam perniciem assumunt? aut
 cur sub Religionis obtentu arma in Sco-
 tia parantur, nisi ut distractis Galliæ
 viribus, quorum res interim inclinant,
 non omitterent, si qua occupandi Brit-
 taniam occasio daretur? itaque cum
 iis sæpius egi, ut nomina illa, ac titulos
 delerent, neque paterentur, quod ex
 tam iniqua caussa rursus odiorum semi-
 na prope extincta succrescant: imo ope-
 ram potius dent, ut tumultus in Sco-
 tia ob Religionem exorti, quos ob vi-
 ciniam, ac caussæ conjunctionem negli-
 gere non possum, amice componeren-
 tur: id autem commode fieri poterit,
 si milites Galli inde deducerentur, quo
 facto & ego meos revocatura sum:
 porro ut omnes intelligent, quanto-
 pere tranquillitatis publicæ, & otii tum
 inter meos, tum inter vicinos populos
 studiofa sim: spondeo, me effecturam le-
 gatorum meorum interventu, ut tumultu-
 tus sedentur, & debita Reginæ suæ
 obedientia a Scotis præstetur: verum
 hæc hactenus frustra fuere, quod ad-
 modum doleo, nihilominus pacta nuper
 cum Gallis inita rata, ac firma cupio,
 idque volo cunctis notum esse, ac pro-
 pterea meis impero, ut amicitiam, ac
 commercium, uti antea, religiose, ac
 libere

libere colant, de Gallis honorifice lo- **Sæcul. XVI.**
 quantur, nihilque committant, quo pa- **A.C. 1560.**
 cis leges violasse merito dici possem:
 opto vicissim, ut Guisiani Principes Re-
 gis, & Gallorum opibus abutentes a vi-
 cinorum injuria abstineant, neque me
 per Scotorum latus petant: quodsi ni-
 hilominus perseverent, non possum meo
 officio deesse, & amicorum, ac meam
 salutem in præsenti discrimine, & tam
 necessario tempore deserere: hinc fu-
 turum spero, ut justa a me arma sum-
 pta Deus justæ caussæ vindex prospe-
 ret, meque, ac meos adversus iniquas
 hostium spes, ac vires ope præsenti
 tueatur.

§. XX.

Elisabetha Scotorum copias revocare a Franciæ Legatis rogata.

Cum hoc scripto Guisii Principes in- **Thuan. l.c.**
 gentem invidiam sibi accersiri cer- **Cambden**
 nerent, datis literis Michaelem Se- **in hist. Regni**
 vreum Equitem Melitensem, ac Fran- **Elii.**
 ciæ Regis in Anglia Oratorem folli-
 citant, quatenus Elisabetham induceret,
 ut copias in Scotiam missas revocet,
 neque homines natura perferoces au-
 xiliis suis contumaciores, & erga legitimi-
 num Regis, ac Reginæ imperium ma-
 gis inobedientes reddat.